

Ego elegi vos de mundo et posui vos ut eatis et fructum afferatis
et fructus vester maneat. sic patet tertium. **Quarto** dico quod fecit
amabilia in sui ad iudam compassione. **ysa. xij.** **C**antate domino quo-
nia magnifice fecit. annunciate hoc in vniuersa terra. **Dis** scire quoniam ma-
gnifice hodie christus compassus fuit iude. **Magna** fecit circa eum ut
eum a peccato retraheret. noluit eum perdere ne ipsum confunderet
sed monuit in generali ut resipisceret. **Johan. xij.** **J**esus turbatus est
spiritu quia compatiebatur iude. et protestatus est et dixit **Ame ame**
dico vobis quia vnus ex vobis me tradet. **Item** pedes eius lauit quod
iam precedenti die ierat pro sui venditione. **acsi** diceret ei **O** iuda si attē-
dis verba mea ut cesses a malo proposito. respice obsequium quod tibi im-
pendo. **Ecce** ego dominus tibi seruius. pedes lauo. ut me diligas et ran-
corem quem contra me habes deponas. **Item** corpus suum et sanguinem
que iudas iam iudeis vendiderat dedit ei. ut saltem ex tam mag-
no dono ad amorem sui eum alliceret. **Sed** heu nihil profecit. perpende
hic quanta fuerit perversitas iude qui nec verbo nec dono nec seruitio
potuit a malicia sua reuocari. **Et** his omnibus contemptis christum domi-
num suum iudeis tradidit. **audi** adhuc compassionem christi ad ipsum.
Cum appropinquaret cum turbis ut eum traderet dixit ei **ihesus** **A**mi-
ce ad quid venisti. quasi diceret licet iam me vendideris. licet turbam
hanc ad meam perditionem congregaueris. age adhuc penitentiam et inue-
nies gratiam. et ideo te appello amicum. ut facto etiam ostendam quod patius
sum te recipere ad gratiam. **Osculum** illi negare noluit. **Quod** osculum quod
uis ex parte iude esset signum rancoris. ex parte tamen christi fuit signum
veri amoris. **Cuius** amoris nos participes faciat idem iesus christus
dominus noster. **Amen.**

Item alius sermo. In cena domini.

Transi hospes et orna mensam et que in manu habes ciba ce-
teros. **Ecclasti. xxix.** **Hec** verba poterant dici ad christum qui
erat in hoc mundo quasi hospes. **Qui** transiurus ad patrem
fecit cenam et corpore et sanguine suo cibavit hodie discipulos suos.
Et secundum hoc in verbis premissis tria tanguntur. **Primum** est pas-
sionis sue appropinquatio ibi. **Transi hospes. Johannis decimoter-
cio.** **Ante** diem festum pasche sciens ihesus quia venit hora eius ut tra-
nsiret de hoc mundo ad patrem. **Secundum** est cene preparatio ibi. et or-
na

na mensam **Lu. xxiij.** Desiderio desideravi hoc pascha manduca.
vobiscū anteq̃ paciar. Tercū est corpis ⁊ sanguinis comunicatio.
ibi. ⁊ que in manu habes ciba ceteros. **Matth. xvi.** Accipite ⁊ co
medite hoc est enī corp⁹ meū. **Nota** q̃ quadruplex est mēsa. **Prīa**
est corpalis. **Secūda** altaris. **Tercia** sacre scripture. **Quarta** glorie
future. De p̃ma mensa sumit panis materialis ⁊ iste sumēd⁹ ē cuz
graciarū actōe. De secūda sumit panis sacramentalis. ⁊ iste su
mendous est cum consciēcie discussiōe. De tertia sumit panis do
ctrinalis. et iste sumendus ē cum cordis opūctōe. De quarta sumi
tur panis eternal. ⁊ iste sumēd⁹ ē cū cordis exultacōe. **P̃rio** dico
q̃ est mensa corpalis **Lu. xvi.** de lazaro dicitur q̃ iacebat ad ianu
am diuitis cupiēs saturari de micis q̃ cadebant de mēsa diuitis et
nemo illi dabat. **Iheu** timeo q̃ multi sunt imitatores hui⁹ diuitis
qui multa habēt fercula s̃ carent mīa. replēt ventrē ⁊ a gracia dei
vacui sunt in mēte. pascunt canes ⁊ negligūt paupes. talib⁹ eueni
et qđ isti diuiti euenit. de quo dicit. **Mortuus** est et sepultus i infer
no. **Nis** o diues euadere hanc penam habeto misericordiaz. sume
de mensa panem materiale ⁊ da paupibus p̃pter deum **Lu. xvi**
facite vobis amicos de māmōna iniquitatis vt cum defeceritis re
cipiā vos in eterna tabernacula. de hac mensa debz sumi panis cū
graciarū actōe. **p̃s.** **Edent** paupes ⁊ satura. ⁊ laud. dominū. **Hoc**
contra illos est qui in mensa absentibus detrahūt. verba turpia p
ferunt. mendicos inelamāt. ⁊ nunq̃ de deo semel cogitāt. **p̃s.** **Mā**
du. ⁊ saturati sunt nimis ⁊ deside. eoz attu. eis. **Non** sunt fraudati
a desiderio suo. adhuc esce eozum erant in ore ipsoz ⁊ ira dī ascē
dit sup eos. **Secundo** dico q̃ est mensa altaris. **i. Cor. decimo.**
Non potestis mense domini p̃cipes esse ⁊ mense demoniozū. Ille
particeps est mēse demoniozū qui studet vicijs ⁊ voluptatibus. ta
les nō debent accedere ad mensam altaris qz indigni sunt. **p̃. Cor.**
xi. **Qui** mādu. ⁊ bibit indigne q̃. **hebre. xiiij.** **hēm⁹** altare de quo
edere nō hūt potestate q̃ tabernaculo. i. corpi. s̃m glō. deseruiūt
De ista mensa sumit panis sacramentalis qui est cibus anime **Johā**
nis decimo sexto **Si** quis manducauerit ex hoc pane viuet in eter
num. Ita si digne accesserit ⁊ postmodum in peccatum lapsus
nō fuerit. **Ad** istā mensam debet homo accedere cū discussiōe dīcie

p. Cop. xi. Probet seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Debet homo seipsum probare ut patet in consciencia non lateat. ut rancorem deponat. fidem et caritatem habeat et iniusta bona restituat oracionibus ieiunijs et alijs bonis operibus se muniat. **vn** de **Leo papa.** Si quem viderit christus caritatis luce vestitum. iusticie et misericordie margaritis ornatum. castum. humilem. misericordem. benignum et sobrium. Si talem cognouerit corpus et sanguinem suum non ei ad iudicium sed ad remedium per sacrorum suorum ministrorum manus dispensabit. **(Tercio dico quod est mensa sacre scripture Proverbiorum. ix. Sapientia edificauit sibi domum id est ecclesiam. excidit colum. septem id est sacramenta septem instituit. immolauit victimas suas id est martires fecit occidi. instituit vinum gratie quod dicitur hunc mirtum in futuro dabitur purum. proposuit mensam suam id est sacram scripturam. misit ancillas suas id est predicatorum qui debent esse sicut ancille humiles in conuersatione. laboriosi in predicatione ut vocarent ad arcem et ad menia ciuitatis supple celestis. De hac mensa sumitur panis doctrinalis de quo dicitur Ecclesiastici. xi. Mitte panem tuum super transeuntes aquas et post multa inuenies illum id est recipies mercedem de hoc Mathe. v. Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum Attende quod dicitur proposuit mensam misit ancillas ut vocarent etc. Ex quo colligitur quod predicator debet habere quatuor scilicet scienciam. ideo dicitur proposuit mensam. sed heu quidam volunt doctrine distribuere panem qui nunquam sederunt ad mensam sacre scripture periculosa est talium predicatio Mathe. xv. Si cecus cecum ducere presumit ambo in foueam cadunt. Item debet habere auctoritatem predicandi. ideo dicitur misit ancillas Ro. i. quomodo predicabunt nisi mittantur. quo contra Iher. 23. ipsi currebant et ego non mittebam eos. Item debet habere bonam vitam. ideo dicitur suscitatus. ille est predicator dei qui ostendit opere quod predicat ore. Mathe. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est Item debet habere intentionem rectam ut predicet per vitam eternam non per temporalibus. ideo dicitur ut vocaret ad arcem et ad me. ci. Mathe. vl. Euntes in mundum vni. per euangelium. in quo promittuntur eterna omni creature. id est omnibus generibus Quando hoc modo panis doctrine distribuitur tunc cum cordis deuotione et compunctione ab audientibus sumitur. psal. Cibabis nos pane lacrimarum et potum**

da. n. in mensura. **Quarto** disco qd est mensa future glorie **Lu. xxiij.** Vos estis qui pman. mecū in tentatio. me. et ego dispono vobis sicut dispo. mihi pater me⁹ regnū. De hac mensa sumit panis eter/ nalis de quo dicit **Lu. xxiij.** Beatus qui mā. pa. in regno dei. Qui cūq; hunc panē semel gustauerit nunq; de cetero esuriet. **Apoē. xij.** Non esuriet neq; ficiet amplius. ibi enī erit pfecta sacietas. **p̄s.** Sa/ ciabor cum apparuerit gloria tua. **Unde** ille panis sumet cum cor/ dis cōtricōne et exultatōe. **ysa. lrv.** Ecce serui mei comedent et vos esuriētis. ecce fūi mei bibent et vos ficiētis. laudabunt pre cordis exultatōne et vos clamabitis pre dolore cordis. **Ad hanc mensaz** poucat nos ihs christus. Amen.

In die pasceus sermo. prim⁹.

Ecce morior cum nihil horū fecerim que isti maliciose o/ puerūt aduersū me **Dan. xij.** Verba ista dixit iusāna de il/ lis qui eam cum esset innocēs morti tradere voluerūt. s; nō potuerūt. Sic cōgrue poterat ista verba dicere xp̄s hodie pendēs in cruce de iudeis cum deberet expirare qui cum esset innocētissim⁹ morti cum tradiderūt. et s̄m hoc in verbis pmissis duo tangūtur. **Primū** est passionis xp̄i lamentabilis acerbitas. **Secundū** est illaz inferenciū inexcusabilis crudelitas. **Primū** ibi. Ecce morior. **Ecce** acerbitas. Quenam pena potest esse acerbior q̄ illa que mor/ tem inducit. **Secundū** ibi. Cum nihil horū fecerim. **Magna** cru/ delitas est hominem innocētem occidere. **Nota** qd christ⁹ mortu/ us est morte amarissima et dolorosa. morte turpissima et ignomini/ osa. morte vtilissima et fructuosa. **Primo** dico qd mortu⁹ est mor/ te amarissima et dolorosa. **Job. xxi.** Iste moritur robustus et diues et felix alius vero. i. christ⁹ moritur in amaritudine aīme sue absq; vllis opibus. **Multi** descendunt ad lectū mortis satis adhuc robu/ sti. christus vero descendit ad lectū mortis. i. crucem valde debil/ **Trenor⁹ p̄.** Infirmata est virtus mea dedit me domin⁹ in manum de qua nō possum surgere. **O xp̄iane** perpende debilitatē christi de qua hodie venit ad crucem. **hesterno** die pedes discipulorū lauit. tristatus vsq; ad mortē fuerat. sanguinē sudauerat. capt⁹ et ligat⁹ fuerat. p totam noctē vigilauerat. osputus. alapis ces⁹ et collaphi/ zatus fuerat postmodū flagellatus et spinis coronatus fuit. **Ex hīs**